

Alte Drucke

**STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS
HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV
REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS
...**

**La Sengle, Claude de
Romae, 1556**

F. Remondus Berengarius.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.


For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200

DE COMMENDIS ET ADMIS

F. Remondus Berengarius.

1.



Tatui-
mus q
cōmen-
da &
bona or
dinis no
stri illis
fratri-
bus re-
gende

& administranda committantur, qui prudē-
tes, probi, anciani, & benemerentes erunt.
idem Magister.

2. **P**rohibemus q nullus frater duos Priora-
tus seu Baiuliuatus simul tenere possit :
sed unum dūtaxat habeat, cuius regimini in-
uigilet & insistat.

F. Deodatus de Gozono.

3. **N**on licet Priori uel Castellano Emposta

NISTRATIONIBVS Tit. xiiij. 147
aliquam cōmendā, domū, uel membrum in
alio priaratu (nisi Magistri & conuentus cō
sensus acceſſerit) habere uel tenere. Debet
enim unusquisq; ſuis limitibus contentus eſ-
ſe, nec promotiones aliorum conuenit impe-
dire.

Quas commendas promoti ad Priors
ratus retinere poſſunt.

F. Iacobus de Milly.

BAiuliui ſiue comendatarij ad dignitatem 4.
prioralem ritè & canonicè promoti cō-
mendas omnes quas prius tenebant dimitte-
re tenentur; retinere tamen poſſunt cameras
magiſtrales ſibi conceſſas, & cōmendas per
eos à ſæcularium manibus recuperatas, illas
etiā quas titulo priuationis alicuius conſe-
quuti fuerint.

F. CLAVDIVS de la ſengle.

Prohibitū eſt prioribus cameras prioras 5.
les quouis modo permutare: ſed quas in
Prioratu inuenerint, retinere debebunt.

T iij

Qui filios habuerit, bona ordinis nostri
assequi non possit.

F. Petrus de Corniliano.

6. **S**ancitum est q̄ frater qui ante ingressum
in ordinem nostrum uxorem habuerit, &
ex ea filios genuerit, qui post peractam pro-
fessionem, ac promotionis tempore supersti-
tes fuerint, nullo modo administrationē Prio-
ratum, Castellaniæ Empostæ, Baiuliarū, seu
cōmendarum obtinere & habere ualeat.
Quo tēpore frat. possūt asseq cōmendas.

F. CLAVDIVS de la sengle.

7. **S**tatutum est q̄ nullus frater ordinis no-
stri, cuiusuis cōditionis fuerit, cōmendam
de gratia aut de cabimento habere & conse-
qui possit, nisi post sumptum nostri ordinis
habitum et professionem factam quinque an-
nos, nec pensionem aut membrum, nisi tres
annos in conuentu nostro morā traxerit con-
tinuos aut per interualla, ac ius passagij sol-
uerit: Exceptis ijs qui idonei, habiles et capas

ces secundum statuta uetera sunt ad se cabi-
endum, uel cōmendas de gratia obtinendum,
uel intra duos annos proximos à publicatio-
ne præsentis statuti habiles & capaces erūt.
Adijciētes q̄ nullus omnino fratrum nostro-
rum commendam de cabimento, gratia, aut
melioramento obtinere possit, nisi in conuen-
tu præsens fuerit, aut ancianitatem siue ex-
pectatiuam habeat.

Quòd Receptores in Prioratibus gau-
dent ancianitate.

F. Baptista de Vrsinis.

Receptores communis nostri ærarij in 8.
Prioratibus & Castellania Emposæ
à conuentu absentes ancianitatē habere cēn-
seantur. In cuius uim commendas de cabi-
mento, melioramēto, gratia Magistri aut al-
terius obtinere possunt: eas tamen quarum
administratio ob non solutionem iurium no-
stri cōmunis ærarij ablata erit alijs fratri-
bus nullo modo consequi possunt, ad euitandū

DE COMMENDIS Tit. xiiij.
dolum & fraudem.

F. CLAVDIVS de la sengle.

9. **Q**ui causa rei publicæ absunt pro negotijs ordinis missi, durate sua commissiōne uel legatiōe ancianitate gaudēt, ac si præsentes in conuentu essent.

De obtinendis literis ancianitatis post adeptas commendas.

F. Petrus Daubusson.

10. **S**tatuimus ut fratres qui Prioratus, Castellaniam Empostæ, Baiuliuatus, uel commendas uigore cuiuscunq; ancianitatis sue expectatiuæ adepti fuerint, in termino unius anni à die exequutionis huiusmodi ancianitatis literas confirmatorias à Magistro et concilio obtinere debeant.

Quo tēpore frat. meliorare possūt cōmēdas.

F. Ioannes de Lastico.

11. **F**ratres qui semel de aliqua cōmēda prouisi extiterint, se de alia meliorare non possūt, nisi prius quinque annos præter mor

DE COMMENDIS Tit. xiiij. 149
tuarium & annatam (quam uacantem dicimus) in cōmenda residentiam personalem fecerint. Cui tamen legi non subijciuntur Baiuli conuentuales, qui in conuentu residere et Magistro assistere astringuntur.

F. CLAVDIVS de la sengle.

Ipsi tamen Baiuli conuentuales se meliorare non poterunt, nisi cōmendā quam sunt relicturi per quinquēnium tenuerint prāter mortuarium & annatam uacantis. 12.

Quod frat. tenentur meliorare cōmendas.

F. Petrus Daubusson.

Nullus omnino frater ordinis nostri, qui habet cōmendas de gratia aut de cabimento, possit se cabire aut meliorare, uel Prioratum aut Baiuliatū habere, nisi prius authenticè ostenderit, commendas quas quocunq; titulo possidet se meliorasse. 13.

F. CLAVDIVS de la sengle.

Idem censemus in membris: aut qui membra possident, sub eadem pœna illa meliorare. 14.

DE COMMENDIS Tit. xiiij.
rare teneantur.

De melioramento per Baiuliuos capitulares faciendo.

F. Petrus Daubusson.

15. **B**aiuliui capitulares, qui tenent & habent possessionem pacificam suorum Baiuliuatuum capitularium, ipsos Baiuliuatus capitulares meliorare tenentur. Idcirco statuimus qd nullus Baiuliuus capitularis, qui Baiuliuatum pacificè possidet, possit assequi Prioratū aut Baiuliuatum conuentualem, nisi probauerit et ostenderit authenticè se meliorasse Baiuliuatum capitularem quem possidet.

De melioratione camerarum Magistrorum & Prioralium.

F. CLAVDIVS de la sengle.

16. **F**ratres ordinis nostri, quibus Magister suas cameras Magistrales locauerit uel cōmiserit, non poterunt cōmendas de cabimēto aut melioramento aut dignitates adipisci, nisi dictas cameras Magistrales meliorauerit.

rint, nec Priores cōmendā suā præeminē-
tiæ pertinentem, excepta quinta camera, nisi
melioramenta in suis quatuor cameris Prio-
ralibus fecerint. Nulli tamen melioratio non
facta obijci possit, nisi post quinquennium à
die perceptionis fructuum, tam in commendis
& Baiuliatibus q̃ in membris. In cameris
uerò Magistratibus post idem tempus, lapsis
duobus annis ad Magistrum pertinentibus.

De censualibus libellis.

F. Philippus de Villers Lisleadam.

Sancimus ut de cætero nulla melioramenta 17.
pro ualidis approbentur, nisi prius cōmis-
sarij recognoscendis talibus meliorationibus
præpositi iuramēto medio in acta publica re-
dato profiteantur se uidisse integros & di-
ligenter confectos pro regionis ubi fiunt usu
censuales libellos (quos papyros terræ quidā
uocant, alij recognoscentias, nonnulli cabreu-
ationes, seu apeamentos) tam cōmendæ q̃ Ba-
iuliatuum, camerarum Prioralium, et mem

DE COMMENDIS Tit. xiiij.
brorum ab eis dependentium.

F. CLAVDIVS de la sengle.

18. **A** Tq; camerarum Magistralium.
Moderatio præcedentis statuti.
idem Magister.

19. **Q** Vi quidem censuales libelli renouari
debent xxv. quoq; anno. Quòd si alijs
quo casu acciderit quòd Priores, Castellanus
Empostæ, & Cômendatarij propter aliquas
legitimas causas eos conficere non potuerint,
utpote quòd eorum confectio cederet in detri-
mentum cômendarum seu prioratum, si de
eo authenticè constare fecerint in actis sua-
rum meliorationum, tunc in arbitrio Magis-
tri & concilij erit super id prouidere, prout
æquum uidebitur.

De côméd. de gratia per Magrûm cõferendis.
F. Petrus Raymondus Zacoſta.

20. **M** agister quolibet quinquennio unâ tan-
tum cômendam, quam eligere uoluerit,
cuius administratio uacauerit in cõuentu uel

DE COMMENDIS Tit. xiiij. 151
extra, in quolibet Prioratu & Castellania
Empositæ fratribus in conuentu residentibus
de gratia cōmittere potest. Adijcentes quod
si primo quinquennio cōmendam non concess
serit, in secundo quinquennio duas cōmendas
concedere possit, ita ut quolibet decēnio duas
cōmēdas dūtaxat modo præmisso in quolibet
Prioratu et Castellania Empositæ cōcedat.

De eodem.

F. Petrus Daubusson.

STATUIMUS q̄ quotiescunq; administratio 21.
S alicuius commendæ uacauerit ad disposi
tionem Magistri secūdum formam statuti de
gratijs Magistralibus, Magister pro tempore
existens dictam cōmendam alicui cōmenda
tario dare possit, qui dimittat (si Magistro
placuerit) unam ex cōmēdis quas possidebat,
& loco dimissæ tenebit illam quam ei conce
det Magister, sub eo titulo quo dimissam pri
mò tenebat, et dimissam cōmendam de gratia
secūdū formā statuti de gratijs Magistralibus

DE COMMENDIS Tit. xiiij.
ordinātis Magister alteri concedere possit.

De gratijs Prioralibus.

F. CLAUDIVS de la sengle.

22. **C**onsuetum est, ut Priores & Castellanus
Eius Empostæ uno quoq; quinquennio à
die promotionis eorum numerando unam cō-
mendam dūtaxat sui prioratus alicui fratri
anciano & benemerito concedere possint.

Quibus fratribus commendæ concedi
debent per Priores.

F. Ioannes de Lastico.

23. **S**tatuimus q̄ Priores & Castellanus Em-
postæ cōmendas, quæ suæ dispositioni se-
cundum formam statutorum nostrorum per-
tinent, fratribus concedere non possint, nisi
illis qui in conuentu recepti fuerint, & pas-
sagium ærario exoluerint. Aliàs huiusmodi
dispositio nulla censeatur, & cōmendæ præ-
ter hunc ordinem concessæ Magistro & con-
uentui prouisio spectet. Qui secundū laudabi-
les ordinis consuetudines eidem prouideāt.

DE COMMENDIS Tit. xliij. 142
De modo cōcedendi cōmendas per Priores.

F. CLAVDIVS de la sengle.

IN concedendis cōmendis à Prioribus & 24.
Castellano Empostæ hic modus seruari so-
let. Quolibet quinquennio, si à festo natiuita-
tis sancti iohannis Baptiste ad aliud proximè
sequens administratio plurium cōmentarum
extra conuētum uacauerit per mortem duo-
rum aut plurium cōmentariorum, primum
Magister, si tunc ad eum pertinebit, sua gra-
& præeminentia utetur: deinde conuentus:
postmodum uerò Prior et Castellanus Empo-
stæ: & ut clarius dicatur: si uacauerit una,
ad Magistrum pertinebit: si duæ, una ad Ma-
gistrum, & altera ad conuentum: si plures
q̃ duæ (mortuis pluribus cōmentarijs ex-
tra conuentum, & in limitibus linguæ de
qua Prioratus erit) post magistrum, & con-
uentum, Prior & Castellanus Empostæ de
earum una pro sua præeminentia dispos-
nent: elapsis tamen prius mortuario & an-

nata uacantis Prioratus aut Castellanie Em-
postæ. Si aliter fecerint, concessio & disposi-
tio eorum nulla sit, & pro illo anno tali sua
præeminentia & facultate disponendi pri-
uati censeantur.

Quòd Priores in cōcedendis cōmendis nō
possint quicq; retinere aut accipere.

F. Antonius Fluuiianus.

25. **P**ROhibemus quòd Priores & Castellanus
Empostæ in dispositione commendarum,
quas in uim suæ præeminentie concedunt,
membrum uel domum earundem retinere nō
possint, aut quouis modo ualeant: uel pro di-
cta gratia mobilia bona aut immobilia reci-
pere præsumāt. Si contra fecerint gratijs et
præeinentijs prioralibus pro illo anno pri-
uati censeantur, & nihilominus dispositio fa-
cta expiret, talisq; cōmenda ad dispositionem
Magistri & conuentus perueniat.

Quòd Priores cōmendā suā dispositioni
spectantē cum alia permutare possūt.

F. Iacobus

F. Iacobus de Milly.

STatuimus quòd cōmendā ad dispositionē 26.
Prioris secundum statutorum nostrorum
formam pertinentem Priores et Castellanus
Empostæ alicui Cōmendatario commendam
tenuioris ualoris tenenti cōcedere possint, qui
eam in potestate Prioris resignet, et eam quæ
sibi concedetur sub eo titulo, quo primam te-
nebat possidere debeat. Resignatam quoq; in
manu Prioris commendam Prior ipse alteri
committat, & ille cui committetur, ipsam
de gratia Prioris teneat, saluis semper cra-
rij iuribus.

De quinta camera per Priores retinēda.

F. Remondus Berengarius.

Prioribus Castellano Empostæ facultatē 27.
atq; auctoritatem concedimus, ut ultra
quatuor cameras Priorales aliquam commen-
dam pro quinta camera de cōmendis suæ dis-
positioni spectantibus sumere, acceptare
& retinere possint: ut condecencie status

DE COMMENDIS Tit. xiiij.
eorum commodius consulatur.

De cōmēd. in qbus est iurisdīctio sanguīs.

Idem Magister.

28. **S**apientiae ac probitati Magistri Baiulios
rum quoq; & procerum concilij ordinarij
eorumq; discretionī remittimus, atq; cōmen-
das in qbus iusticia sanguinis exercetur fra-
tribus capellanis ordinis nostri cōmittendi au-
thoritatem damus. Hi nanq; casu contingen-
te ordinabūt & de talibus pro suo arbitrio,
personarum & rerum qualitate pensata, dis-
iudicabunt.

F. Philippus de Villers Lisleadam.

29. **P**ermissum est Cōmendatario cōmendam
de cabimento tenenti eam retinere pro
suo melioramento, dummodo authenticè con-
stare fecerit, more solito nostri ordinis se illa
lam meliorasse.

F. CLAVDIUS de la Sengle.

30. **E**rit autē ei liberum illa acceptata pro me-
lioramento, factis denuo alijs melioramē-

DE COMMENDIS Tit. xiiij. 154
tis, et transacto etiam quinquennio aliam pro
suo secundo melioramento acceptare.

De resignationibus.

F. Iacobus de Milly.

STatuimus quod nullus frater ordinis nos^{31.}
stri cōmendā, quam habet de cabimēto,
gratia, uel melioramēto, aut alio quouis modo
resignare, aut ei cedere possit, nisi in manib^{us}
Magistri & conuentus duntaxat. Aliter
resignatio nulla prorsus censeatur.

De poena resignantium.

F. Petrus Daubusson.

PRæter id, qui tales resignationes fecerit,^{32.}
eo ipso poenam priuationis cōmendarum,
membrorum & aliorum bonorum quæ possi
debit incurrat. De quibus per Magistrum et
conuētum prouideatur, monitione citationeq^{ue}
reiecta, quando de resignatione non ritè pa
trata constiterit: & nihilominus resignatio
nes contra formam statutorum factæ nullæ
censeantur.

DE COMMENDIS Tit. xiiij.

De statu cōmendarum relinquendo.

F. Antonius Fluuianus.

33. **V**olumus & mandamus q̄ commendatarij ad alias commendas per melioramentum se transferentes commendarum quas dimittunt statum integrum in eis, sicut res pererint, dimittāt. Quòd si contra fecerint, & ablata non restituerint intra annum, tūc eo ipso priuati sint cōmendis, & alias habere termino quinquennij non possint.

De permutatione cōmendarū aut mēbrorū.

F. Philibertus de Nilliaco.

34. **P**rohibemus & interdicimus prioribus & Castellano Empostæ quòd permutationes cōmendarum aut membrorum in Prioratibus à quibusuis commendatarijs aut fratribus non recipiant, aut quouis modo facere præsumant. Si autem nonnulli permutare cōmendas aut domos desiderauerint, Priores et Castellanus Empostæ de tali permutatione, ac fratrum ætate, & commendarum ualore

& qualitate Magistrum & conuentum litera-
 ris authenticis reddant certiores. Qui de huius-
 iusmodi permutatione clarius informati, &
 de ipsa in lingua cuius fratres esse censentur
 permutantes discussione & deliberatione ha-
 bita, si lingua tali permutationi consenserit,
 tunc eam Magister & conuentus confirmet,
 & per Priorem executioni mandetur: aliter
 uero non. Si autem Priores & Castellanus
 Emposta & alij superiores contra fecerint,
 redditibus unius anni Camerarum Priora-
 lium & commendarum priuentur, qui raras
 rio applicetur. Et nihilominus quicquid præ-
 ter huiusmodi seriem institutionis factum fue-
 rit, nullius roboris esse censeatur. Si uero cõ-
 mendatarij & fratres præter hanc formã cõ-
 mendas aut domos permutauerint, et possessio-
 nem cõmentarum adipisci præsumserint,
 priusq; Magister et cõuentus atq; lingua per-
 mutatione confirmauerit, ratamq; habuerint,
 eo tunc ipsis cõmendis & domibus de quibus

facta est permutatio priuati sint, & de eis
Magister & conuentus prouisionem faciant,
fratribusq; ancianis & bene merentibus cō-
cedāt, nec alias cōmendas ipsi cōtra facientes
usq; ad lapsum quinquēniij habere possint.

De unione mēbrorum & cōmendarum.

Idem Magister.

35. **P**Rioribus & Castellano Empostæ aucto-
ritatem & facultatē damus uniendi, an-
nexandi, & incorporandi adinuicem duas cō-
mendas parui ualoris & tenuis redditus cū
consilio & consensu capituli prouincialis, &
non aliter. Quæ tamen uniones præiudicium
ærarij iuribus nullo modo generent. Etiā ipsi
Priores & Castellanus Empostæ: quia plura
mēbra reperiuntur, quæ sunt distantia à suis
capitibus, quare cōmendatarij cōmendæ eor-
um regimini uacare non possunt: ideo huic
incōmoditati obuiare cupientes, illis permitti-
mus ut possint & ualeant cum capituli pro-
uincialis consensu & deliberatione illa mem-

bra dispersa & à capitibus longinqua unire alijs cōmendis propinquieribus. Et q̄ cōmendæ quæ tales uniones recipiēt iuribus aerarij onerentur pro rata ualoris membrorum unitorum. Aliæ autem commendæ à quibus sunt separata ipsis iuribus pro rata liberentur. Quæ quidem uniones sortiri debeant effectū quandocūq; à die unionis quo unita sint administratore caruerint. In uim quarū unionū prouisi de commendis possessionem unitorum sumere possint.

Quòd sine dilatione procedatur ad smutationem commendarum.

F. CLAUDIUS de la sengle.

STatuimus ut statim postq̄ Magister & 36.
conuentus legitimè certiōres facti fuerint de morte alicuius Prioris, Baiulii, & Com mendatarij debeant procedere ad smutationē Prioratus, Baiuliuatus & cōmendæ, & ad ministratiōem illorum prouidere. Et ne super huiusmodi certioratione dubium oriatur, in

telligimus si certiores facti fuerint per literas Prioris, Receptorum, uel procuratoris Prioratus ubi mortem obierit, aut alicuius fratris ordinis nostri, qui se illum uidisse mortuum scribat: Dummodo ad eum nihil pertineat: uel per eius affirmationem si ad conuentum uenerit, & etiam per instrumentum authenticum manu publici notarii aut iudicis legitime confectum.

De incapacibus ad consequendas commendas.

Idem Magister.

37. **Q** Vicumque tempore smutationis alicuius Baiuliuatus, Prioratus, dignitatis aut commende illius consequendi quouis modo & ex quauis causa incapax existat: etiam si postea ad id capax & habilis factus fuerit: Tamen ipsum Prioratum, Baiuliuatum, dignitatem aut commendam pro ea uice nulla ratione aut pacto obtinere poterit. Idem quoque erit, si eodem tempore non petierit.

De concedendis membris.

Idem Magister.

Licet Prioribus & Castellano Empostæ 38.
de qualibet Prioratus sui camera conce-
dere unum mēbrum tantū, et Baiuliuo de suo
Baiuliuatu, cōmendatarijs uerò de cōmendis
duntaxat, quas de melioramēto tenent: de cō-
mendis uerò de cabimento uel de gratia Ma-
gistri, linguæ, uel Prioris commendatarij nul-
lum membrum dare poterunt.

F. Philippus de Villers Lisleadam.

Dummodo commenda de qua conceditur 39.
membrum aureos siue ducatos quadrin-
gentos annuos cōmuni æstimatione reddat, et
mēbrū cōmendæ quintā partem nō excedat.

F. CLAVDIVS de la sengle.

In Prioratibus tamen Cathalonix & Nas 40.
uarre sufficiet quòd cōmenda reddat aus-
reos seu ducatos ducentos.

Quòd tempore mortuarij & uacantis
non concedantur membra.

F. Petrus Daubusson.

41. **S**tatuimus quòd quicumq; frater ad alium Prioratum, Castellaniam Empostæ, aut cōmendam secundum styllum Religionis, et statutorū seriem se conferre uoluerit, pendente tempore mortuarij et uacantis Prioratus, Castellaniæ Empostæ aut cōmendarum ad quas se transferre proponet, nō possit de Prioratu, Castellania Empostæ aut cōmenda, quos dimittere uel acceptare decreuerit, membrum uel membra concedere. Quòd si fecerit, concessio eo ipso nullius roboris sit, & irrita censeatur.

De moderatione concessionis mēbrorū.

Idem Magister.

42. **C**oncessio autem membrorum fieri debet de membris longinquis à capitibus cōmendarum, & si aliter factum fuerit, nullius sit roboris, etiam si esset confirmata per capitulum prouinciale, & quòd ex una cōmenda unum membrum duntaxat concedi possit, et uno concessio non possit cōcedi aliud, quoz

DE COMMENDIS Tit. xiiij. 158
usq; dictum membrum fuerit reductum ad
commendam.

Quod commendatarij non retineant fructus
et membrorum à se concessorum.

F. philippus de villers Lisleadam.

SI cōmendatarius suæ cōmendæ membrum 43.
aliquid conferens illius fructus ullo pacto
sibi exceperit, reseruauit, uel retinuerit, is
(præterq; q̄ talis prouisio ipso facto sit nul-
la) totius cōmendæ fructibus continuo trien-
nio priuetur cōmuni ærario applicandis: &
acceptans dictum membrum per totidem an-
nos nec commendam habeat, nec officium ul-
lum gerat.

De Pensionibus.

F. CLAVDIVS de la sengle.

Consuetum est ut nullus pēzionem super 44.
cōmendis constituere possit præter Ma-
gistrum, & eos quibus per capitulū generale
nominatim & in specie id concessum fuerit.
Nec pensio dari poterit de commenda de qua

DE COMMENDIS Tit. xiiij.
mēbrum uel alia pensio alicui data fuerit.

F. Ioannes de Homedes.

45. **E**tiam si de gratia linguæ, uel Magistri beneficentia id fieri contingeret.

De forma concessionis membrorum.

F. Iacobus de Milly.

46. **D**olos & fraudes euitare uolentes statui-
tuimus q̄ Prior, Castellanus Empostæ,
& capitulum prouinciale huiusmodi mēbra
uel domos per cōmendatarios concessa ad tē-
pus uel ad uitam fratribus aut donatis ordi-
nis nostri, iuribus ærarij reseruatis, cōfirmare
possint. Quæ quidem confirmatio sigillo
cōmuni Prioratus roboretur: quæ tamen fieri
non possit, nisi cōmendatarius & frater
seu Donatus, cui concessio facta fuerit, coram
capitulo prouinciali et Priore prius personā-
liter compareāt. Vbi iuramētum solēne præ-
stare teneātur, quòd in huiusmodi concessio-
ne fraus, dolus, aut circūuentio non interces-
serit. Frater qui in conuentu erit per procu-

DE COMMENDIS Tit. xiiij. 159
ratorem adesse possit, & supplere per procura-
ratorem quod per præsentia efficeret. Quic-
quid autem contra hunc ordinem factum atque
confirmatum fuerit, nullius momenti esse
censeatur.

F. CLAVDIVS de la sengle.

EAdem forma seruetur, cum huiusmodi mem- 47.
bra in liguis aut Prioratibus conceduntur.
Quod non dentur membra aut præ-
dia secularibus.

F. Petrus Daubusson.

STATUIMUS quod Priores Castellani Empor 48.
stæ in capitulis seu Assembleis provincia-
libus uel extra, & commendatarij & fratres
commendas, membra, prædia, aut possessio-
nes uel pensiones Prioratum, Castellaniæ
Emporstæ, seu commendarum secularibus aut
alijs personis extra nostrum ordinem de-
gentibus cuiusvis conditionis fuerint, nul-
lo pacto concedere, aut permutare uel cam-
biare cum eis possint. Nam ipsis id agendi

potestatem & auctoritatem denegamus atq;
interdicimus. si quis autē contra fecerit, cō-
mendis & beneficijs eo ipso priuatus censca-
tur, & per decēnium alia consequi non pos-
sit: et nihilominus concessio, donatio, aut per-
mutatio nullius ualoris existat.

Quòd membra per mortem ea possiden-
tium ad capita reuertantur.

F. Fabritius de Carreto.

49. **A**NTIQUÆ consuetudini ordinis nostri ad-
hærentes declaramus, q̄ contingēte cas-
su obitus possidentium membra commendarū
ipsa reuertuntur & redintegrantur commē-
dis à quibus dependent, tanq̄ eorū capiti, res-
ferendo singula singulis. Cui quidem capiti
præfata mēbra reuniuntur, incorporātur, &
in pristinum statum reducuntur.

De bonis recuperatis per frat. à sæcularib.

F. Elionus de villa noua.

50. **S**TATUIMUS quòd si quis frater ordinis no-
stri recuperauerit, & ad obedientiam or-

DE COMMENDIS Tit. xliij. 160
dinis nostri reduxerit commendas, redditus,
prædia, & possessiones per sæculares, aut
alienas à nostro ordine personas occupatas
& detentas, talia bona recuperata fratri
recuperanti per Magistrum & conuentum
concedantur ad uitam, nec de talibus com-
mendis aut bonis recuperatis teneatur sol-
uere responsiones communi ærario, nisi illud
quod prius sæculares exoluebant.

De eodem.

F. CLAUDIUS de la sengle.

SED prius monēdi sunt Cōmendatarij, quos
rū cōmendis bona per sæculares occupata
uel detēta pertinet, ut dicta bona recuperēt.
Qui uoluntatē suam super eo intra bimestre
declarare tenebuntur Magistro & concilio
uel Priori aut capitulo prouinciali, an uelint
ea recuperare. Quòd si declarauerint se uel-
le recuperare, debent intra annum à die des-
clarationis suæ mouere & intendere litem
occupatoribus aut detentoribus bonorum ips

DE COMMENDIS Tit. xiiij.
forum, si ea aliter reddere nollent. Quòd si
non fecerint, liceat unicuiq; fratrum nostro-
rum auctoritate Magistri & conuentus uel
Prioris aut Castellani Empostæ & capituli
prouincialis illa persequi et recuperare.

Quòd bona acquisita uiciniori com-
mendæ applicentur.

F. Remondus Berengarius.

§2. **S**tatuimus q; omnia bona stabilia elargita
per sæculares personas fratribus ordinis
nostri seu acquisita per eosdem nullo modo
uendi aut distrahi possint absq; expressa Ma-
gistri et Capituli generalis licetia: Quinimo
post talium fratrum decessu dicta bona ap-
plicentur illi Baiuliæ seu cõmendæ in cuius
limitibus sita sunt, etiam si fratres mortem
obierint aut moram traxerint alibi q; in dis-
cta cõmendæ. si autem dicta bona constituta
non essent in limitibus alicuius commendæ,
quòd tunc propinquiore ac uiciniori commen-
dæ uniantur. Quibus quidem bonis imponas-
tur

DE COMMENDIS Tit. xliij. 161
tur onus communi nostro ærario exoluens
dum.

De censibus à fratribus emptis.

F. CLAVDIVS de la sengle.

Quia sæpe contingit, ut fratres nostri 53.
sponte uel coacti emant census seu an
nuos redditus, qui ad libitum uendentium
aut aliter redimi possunt, fuit dubium an di
cti census haberentur pro stabilibus uel mo
bilibus. Nos id dubium tollere uolentes de
claramus quòd huiusmodi census seu annui
redditus empti in perpetuum, de quibus in
strumentum gratiæ factæ uenditori de eis
luendis & redimendis non ostenditur, loco
bonorum stabilium habeantur, & pro talibus
propinquiore commedæ applicentur. Vbi uerò
monstrabitur instrumentum gratiæ supraz
dictæ, pro bonis mobilibus censeantur, et pro
talibus post mortem emptoris ærario appli
centur. Quòd tam de acquisitis q̃ de acquiren
dis intelligi debet.

DE COMMENDIS Tit. xiiij.

De prouisione beneficiorū ecclesiasticorū.

Consuetudo.

54. **P**Riores in suis cameris Prioralibus, Baiu-
liui & Cōmendatarij in suis commendis
habent prouisionem uel præsentationem bene-
ficiarum ecclesiasticorum cum cura anima-
rum, uel sine, à suis cōmendis dependentium;
nisi id priuilegio uel consuetudine ad alios
pertineat.

De eodem.

F. Ioannes de Homedes.

55. **T**Amē si dicta beneficia ecclesiastica per
mortem uel resignationem, priuationē,
aut alio quouis modo in conuentu uel extra,
ubi fuerit Magister, uacauerint, eorum proui-
sio uel præsentatio ad eum ex consuetudine
pertinere debet, etiam si ad ea per electionē
quis assumi deberet: Nisi talia beneficia pro-
cabimentis essent assignata, aut dari con-
sueuerint.

De eodem.

ET si contigerit tempore mortuarij & ua 56.
cantis, priusq; administrationi Prioratus,
Castellaniæ Empositæ et cōmendæ huiusmodi
fuerit prouisum, et donec Prior, Castellanus
Empositæ, Baiuliuus, et Cōmēdatarius posses-
sionem administrationis cōsequuti fuerit, &
præsentes fuerit, uel de procuratore sufficien-
te, aut uicario legitimo ad huiusmodi benefi-
cia cōferēda uel ad ea præsentiādū prouide-
rint, in cōmendis Prior & Castellanus Em-
positæ, & in eorum defectu Receptor nostri
cōmunis ærarij conferre uel præsentrare de-
beant. Quibus per hoc statutum plenā facul-
tatem, et expressum mandatū ad id damus.

idem Magister.

STatuimus ut omnia beneficia ecclesiastica 57.
nostri ordinis, quorū collatio aut præsens-
tatio ad nostrum ordinem pertinet, nullis cō-
feratur, aut nulli ad ea præsentiētur, nisi sint
fratres ipsum ordinem professi.

Quòd fratres non impetrèt cōmendas aut
beneficia extra ordinem nostrum.

F. Antonius Fluuianus.

58. **S**ancimus q̄ nullus frater ordinis nostri
cuiuscunq; conditionis fuerit clam uel pa-
lām directē uel indirectē per se uel per aliū
impetret aut petat Prioratus, Castellaniā
Empostæ, cōmendas, dignitates, officia, benefi-
cia, domos, prædia, & alia bona nostri ordi-
nis à quibuscunq; personis, nisi tantum à Magi-
stro & conuētū et Religiosis ipsius ordinis
secundum formam statutorum. si quis autem
aliter impetrauerit, uel obtinuerit, aut etiam
petierit, uolumus et iubemus q̄ eo ipso & in
continenti teneatur et sit obligatus cedere et
renunciare huiusmodi prouisioni et impetra-
tioni, et omni iuri quod habere posset illius oc-
casionē in manibus Magistri aut coram nota-
rio uel testibus. si uerò talis impetrās huius-
modi resignationem facere recusauerit, aut
quouis modo distulerit, eo ipso absq; alia cau-

DE COMMENDIS Tit. xiiij. 163
sæ cognitione aut processu intelligatur et sit
priuatus habitu, & in perpetuum carcerem
conijciatur.

Quod sæculares non deputentur ad
regimen commendarum.

F. Deodatus de Gozono.

Inhibemus sub pœna priuationis cõmendaz 59.
rum omnibus cõmendatarijs et administra
toribus bonorum nostri ordinis ne regimini
& administrationi cõmendarum seu Baiuz
liarum personas sæculares deputet. Quinimo
earum regimen fratri ordinis nostri seu dos
nato in fratris comitiua commendetur,
quatenus maiori cura commendarum
regimina exerceantur.

